

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Specimen Inaugurale Academicum, Sistens Luem  
Animarum Boehmisticam, ubi ostenditur, quanto cum  
animarum periculo Jacobi Boehmii, Sutoris Görlizensis,  
scripta planè fanatica vel amentur & legantur, ...**

**Wild, Adam**

**Altdorfii, 1705**

§. III

**urn:nbn:de:bsz:31-105875**

Eti, quod ad veritatis celestis propagationem etiam extraordinarie conceditur, nemo tamen de hoc homine, ejusque manifestationibus presumere potest, ipsum à Spiritu S. instructum fuisse: siquidem non qua veritatis sunt, sed qua contra veritatem, scripserit, quæq; nullum alium auctorem habent, quàm patrem mendacii, utpote Spiritui veritatis, & Scriptura sacra prorsus adversa. Proinde colligit, fanaticum esse illum sutorem Gørlizensem, Quackeris geminum, oportere, & visiones ejus Enthusiasticas, vereq; diabolicas. Hactenus Calovius.

Origo deliriorum Bøhmianorum.

§. II. Occasionem delirandi ipsi dederunt scripta *Weigelii*, fanaticorum omnium principis, ex quo cæteri omnes ad hunc usque diem delirant. Natus est *Weigelius*, ut epitaphium ipsius, Tschopaviæ erectum, quod adhuc hodiè visitur, habet, anno 1533. mortuus anno 1588. Scripta ipsius demum post viri mortem à Cantore, *Weickero*, in mundum descripta, & circa initium seculi superioris, hoc est, ætatem *Bøhmii* durantem, edi cœpta sunt, unde tum suum virus hausit. Sicut autem circa *Weigeliana* scripta, ne damnum Ecclesiæ inferrent, statim operam dedit *Electoralis Consistorium Saxonicum*, ut omnia conquesta ad *Martinum Chemnitium* deferrentur; posteaque, cognito doctrinæ divinæ, inde suboriente, periculo, igne concremata sunt, ne *MStum* amplius ullum reperiretur: ita simili executione circa *Bøhmiana* scripta ut statim à primordio actum esset, adhuc optant omnes *γνησιως* orthodoxi.

*Bøhmius ab initio non impugnatur.*

§. III. Perspicuum non est, an vel vivente *Bøhmio*, vel statim post ejus mortem, vel *Bøhmius* ipse, vel scripta ipsius fuerint impugnata, editumque contra ipsum aliquid in lucem? Ad dicit autem *Dn. D. Fechtius* rationem, cur id non fuerit factum, quia scilicet *Bøhmium* singuli Doctores, tum in Ecclesiâ nostra florentes, hominem obscurum, qui nec intelligeretur ab aliis, nec semetipsum intelligeret, eundemq; haud eruditum, sed ex infimâ plebe,

plebe, sum q  
hat, tant  
ruisse *Bøhm*  
dum est, qu  
non amaver  
falsus spiritu  
tur, nisi tu  
rum, vel de  
notati.

§. IV. C  
annum secul  
*Gub. Voëtio*,  
men. Partes  
*Joh. von D*  
anno 1644. &  
studio rehell  
*rins* aliàs  
*polit. ano. L*  
*Reynud* &  
*rungs-Patr*  
ceu tellem  
sum opere  
tissimis scri  
Ex quo magis  
*tur, comagis*  
*tur, equipar*  
*uspiratis, a*  
hoc argume  
in *Judicio P*  
*Pfeifferus, p*  
ta constaret



plebe, cum quo congregarentur, indignum judicaverint. Nec constat, tantâ auctoritate, cum scribere & delirare inciperet, floruisse *Böhmiū*, ut complures (quanquam nullo modo dubitandum est, quin, sicut vulgò fieri solet, adfuerint, qui fanaticos illius non amaverint conatus, nec pro divinis habuerint; nullus enim falsus spiritus unquam fuit sine applausoribus,) ipsi adstipularentur, nisi tùm temporis vel *Enthusiatarum*, vel *Anabaptistarum*, vel *Schwenckfeldianorum*, vel *Weigelianorum* nomine notati.

§. IV. Cœpit autem *Böhmius* & impugnari & defendi circa annum seculi superioris XLIII. cum *David Gilbertus*, notante *Gisb. Voëtio*, edidisset admonitionem contra libros *Jacobi Böhmen*. Partes *Böhmi* adversus *Gilbertum* assumebat *Joh. Theodorus von Tschesch*, eques Silesius, cui autem ille respondebat anno 1644. & fatuam Philosophiam *Böhmiā* summâ curâ ac studio refellebat. Non multum abhinc surgebat *Elias Protorius* (aliàs *Christian Hohburg*, referente Vener. Ministerii Tripolitani, *Lubecens. Hamburgens. & Lüneburg.* im II. Theil der Lehr- und Schuss-Schrifft wider den Guttmanischen Offenbarungspatron, pag. 31.) ut, sicut alios fanaticos: ita & *Böhmiū*, ceu testem veritatis infallibilem, adduceret, ejusdemque scripta summoperè laudaret. Supprimebatur autem confestim doctissimis scriptis modò allegati Vener. Ministerii Tripolitani. Et quò magis *Böhmius*, ab amatoribus suis defensus, impugnabatur, eò magis à Bohemicolis, i. e. fanaticis, & Chiliastris extollebatur, æquiparatus tandem veteribus Prophetis, immediātè à Deo inspiratis, ait Dn. D. Feshius in Coll. recent. Contr. Vid. & de hoc argumento *Calovius* b. m. in *Anti-Böhmiō* & *B. Wagnerus* in *Judicio Propempt.* *B. Calovius*, cum ipsi retulisset *B. Aug. Pfeifferus*, nonnullos Lipsiæ quoque dari, Sætæ *Böhmiā* deditos, & constaret, *Böhmi* cultores maximam partem in Angliā primā

*Estimatur postmodum, cum scriptis Böhmiānis maximum periculum subori visum esset, ut ei quilibet obviam ire deberet.*

miā